BENEDICTUS REGUARDATUS DE NURSIA · DE BALNEIS PUTEOLANIS · CINCIUS ROMANUS
Siena (?), 8. Jahrzehnt 15. Jh. /vor 1478 Seite 92v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tiae aqua frigida; si subito absq; prouisione
pacientis, in eius faciem prohiciatur sin
gultum sedat: facit enim naturalem
calorem ad interiora reunire, et cicius
materiam singultum causantem resoluere.
¶ Ab aspectu insup et frequenti re
memoratione terribilium, et infortui
torum casuum, et a flagellatis, et dolen
tibus, et generaliter a miserabilibus personis,
quibus compati oporteat; aut quorum
ex naturali inclinatione miserendum
sit, caueri decet. quia ex hoc illa ma
la accidentia pro sanitatis conseruatione
sequuntur, que ex tristicia sequi dice
bantur. Et similia &c accidunt de
rebus ex quibus verecundari contingit.
¶ Ab ira &c quantum possibile est
cauendum erit: nam cum ira ut
inquit philosophus sit ebullicio sangui
nis circa cor, propter appetitum vindicte,
ut quis de illata iniuria puniatur.
Ex tali igitur ebullicione sicut ratio et
cotidiana testatur experientia, accidunt
febres, bonarum humiditatum consumptiones,
et male atque varie corporis disposiciones.

Simili